

*Oper. Crim.* Tiberius Decianus, l. 3. c. 25. num. 16. fol. 16. fol. 155. *Criminal.* Metzger. *Conf.* 15. num. 92 pag. 264. Quod tamen intelligendum est de inimicitia gravi & capitali, quæ ortum duxit è causa vel lite criminali, aut etiam causa status, Farinac. l. 1. qv. 5. tit. 49. num. 24 & seqq. fol. 760. Barbosa. *ad Authent. si testis. C. de Testibus n. 7. 8. fol. 71.* de qua inimicitia dixi supra *artic. 25.* inimicitia capitalis & illa est, ubicunque offensus directe vel per obliquum se vindicaret, si posset. Anton. Blancus de *indiciis num. 94 p. 508.* Aliud tamen obtinet, quando inimicitia fuerit levis, ex causa quadam civili orta; Interim hujus Judicium & decisio relinquatur Judicis arbitrio, ut nimirum is cognoscat & definiat, quænam inimicitia in casu emergente testem repellere queat. Interim communiter ita Doctores statuunt, quod propter exceptionem testis personæ objectam examinatio non sit protrahenda, sed de ea postmodum in ipsa disputatione super personis & dictis testium sit disceptandum, nisi pro opponente contra testem militet præsumptio juris: aut si exceptio non possit incontinenti probari: vel talis non sit, quæ ex toto testem repellere queat. Vide Crotum *part. 8. n. 3. 4. 5. 6. 7. p. 570. 571. de Testib.* Fulch è Berlichius *part. 1. decis. 2. n. 1. & 2. p. 2 & 3.* Brunneiman. *ad Authent. si testis. num 8. fol. 400.* Interim qui testem ex causa inimicitia repellere vult, tenetur in specie inimicitiam, & causam, unde illa sit orta, probare. Mascard *de Probat. Concl. 693 pag. 322.* Ludovicus Carrerius *in Practica Criminali p. 53. num. 16.* (2) *Amicus,* quando scilicet inter producentem & testem magna intercedit familiaritas: sed, quod probè notandum, amicitia quidem minuit fidem testificantis; Mascard. *Vol. 1. Concl. 86. num. 2. 3. 4. fol. 207. de Probat.* attamen eum non simpliciter reddit inhabilem, ut propterea à ferendo testimonio possit repelli. Ideo quanta fides testi amico sit habenda, Judicis arbitrio unicè committendum est. Farinac. *lib. 2. tit. 6. qv. 55. n. 241. 242. fol. 60.* ubi tamen hanc assertionem multis modis limitat; cum primis si amici testimonium alterius contestis fide digni testimonio possit suppleri. Interim qui hanc exceptionem opponit, non solum illam in genere sed potissimum in specie illius qualitates & circumstantias probare tenetur, ita ut Judex possit judicare, an talis sit amicitia, quæ testis fidem minuere, & in quantum illam minuere queat. Farinac. *dict. question. n. 253. fol. 61.*

(9) *Ratione paupertatis.* Pauper namque in Criminalibus repellitur à testificando per l. 3. ff. *de Testibus*, Lancellottus *de officio Prætoris in caus. civilibus & criminal. p. 183. num. 80.* Socinus *regula 357. fall. 2. pag. 476.*

H h

nisi